

227. Tum Anodyni diversitas, pro varietate causae, scitur.

228. Doloris causa tollitur ergo 1. laxata distenta fibra. 2. resolutione concreti. 3. minuto motu & materia distendente. 4. ablata tractione inaequali, & violenta. 5. lenito acri. 6. discussio eodem. 7. educto eo, quod solvit fibras.

229. Doloris tensus tollitur, manente ejus causa (224.) 1. nervo inepto ad sensum redditio compressu, dissectione, vel exustione. 2. Sensorio communi obtuso per vim narcoticam: atque his tolluntur nonnulli effectus (226.) ex Doloris sensu oriundi.

C O N V U L S I O , &c.

230. *Violenta, invita, & alterne repetens, contractio musculi, Convulsio vocatur*

231. Cujus causa id, quod liquidum nervosum vi alterna in musculos convulsos pellit.

232. Adeoque in ipso vulnere haerere potest, sive sit materies aliena irritans, sive ipsa nervi laesi (163. 164. 165. 183. 184.) conditio, sive evacuatio truoris nimia praegressa.

233. Quin & effectus ejus, perturbatio omnium Actionum, cognoscitur.

234. Sanatur. 1. Ablato irritante (186.) arte Chirurgi (187. 188.) 2. Acri lenito, vel dissipato. 3. sublata nervi conditione (232.) per remedia (228. 229.) descripta. 4. repletione per lene, amicum, liquidum alimentum assiduo parca copia ingestum. 5. sedata simul haemorrhagia. (218. 219.)

235. Tumor, & Inflammatio levis vulneri bona; si augentur, mala: balnea, fatus, anodynā, antispastica, loco laeso, & toti applicata aegro, profunt: de quibus in historia & curatione Inflammationis.

236. Sanguis in cava corporis per vulnus delapsus inde oxyus educendus situ corporis, suetu per fistulam, si recens, vel dilutus primo, apertura vulneris dilatata, vel nova.

237. Si vulnus inter firmas partes corporis descendit, via paranda sordibus pressione, lotione, ligatura, apertura vulneris nova, vel dilatata.

238. Dilatatio fit cultro, linteis carptis, spongia, radice Gentianae & similibus siccis immissis, filo alligato, absorbtu humoris tumentibus, sicque dilatantibus.

VUL-